

## **Symma Juris Canonici**

Comprehensa Tribus Partibus In Qva Distincte Et Succincte Explicantur,  
quæ ad personas, negotia, & iudicia Ecclesiastica ex Canonum præscripto,  
pertinent

Sive Antinomia Iuris Pontificii Et Cæsarei - per CCL. Differentias plurium  
Doctorum auctoritate probatas, singulari studio in certas classes reducta,  
discussa, & explicata

**Strein, Johann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1658**

XIX. Differentia 4. Malefactores rerum Ecclesiæ secundùm Canones  
tanquam sacrilegi coram Iudice ecclesiastico possunt conveniri,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61864](#)

## DIFFERENTIA 4.

*Malefactores rerum Ecclesie secundum Canones tanquam sacrilegi  
Indice ecclesiastico possunt conveniri, c. Cùm sit de foro compa-  
lure civilia utem actorum rei sequitur, l. juris ordi-  
nem, C. de jurisd. omn. Iud. &c. i. seq. Nisi for-  
tè in uno casu. Auth. Nulla communitas.  
C. de episc. & c. er. Bartol. 134.*

I. Differentiam hanc Bartolo debe-  
mus, & aliud nihil debemus, si la-  
craligii crimen mixti fori est, ut quorun-  
dam DD. opinio fert apud *Iulium Clarum*  
in §. fin. Q. 37. n. 6. imò omnium apud  
*Mantuanum Consil.* 266. n. 80. sed male,  
v. Diaz. c. 89. §. Alii verò. Nec alio argu-  
mento ad confutandum, quām citati  
cap. textu indigemus, ubi *Lucius III.*  
Quoniam sacerdotes Judices in exhiben-  
da justitia personis ecclesiasticis sàpè in  
judicio sunt remissi, in favorem Eccle-  
siae est introductum, ut malefactores  
suos, qui sacrilegi sunt censendi, vene-  
tabilium locorum rectores possint, sub  
quo maluerint, judice convenire. Simili-  
ter ex Auth. Item nulla communitas  
manifestè colligitur, ratione delicti lai-  
cum sortiti forum ecclesiasticum: & cùm  
acciderit casus, proprià auctoritate abs-  
que recursu ad præsidem lœcularem E-  
piscopus reum capere, & punire potest.  
V. *Salzedo in Praxi epis.* Diaz. c. 124.

II. Porro malefactores rerum eccles.  
hoc loco appellantur raptores, & inva-  
sores rerum Ecclesiarum. Ne de viro 12. q. 2.

& hujus farinæ improbi homines, o  
ecclesiastica bona ini quis modis in-  
vendicant, & usurpar: adeoque non  
quam sacrilegi excommunicari possint  
usque ad condignam satisfactionem.  
Nulli licet ignorare 12. Q. 2. c. Quia  
que, c. Qui predia, ibid. & est expellere  
c. Conquestus, de foro comp. Praelato  
homicidis comparantur, c. Qui abducunt  
12. q. 2. & quia sacrilegium committunt  
cotam ecclesiastico-judice potius con-  
veniendi sunt, non obstante, quod doce-  
sacularem quoque judicem conveni-  
queant, l. Si quis in hoc genuit, C. de epis.  
cler. Unde in antiquis legitur: Conven-  
ientius est, ut apud Judices sacerdotes  
potres prius convenientur, sed si nullus  
am exhibere contemplerint, aut Judex  
ex quaunque causa fuerint negligentes  
quia judicandi sunt sacrilegi ab  
ecclesia de crimine illo, cen-  
suram poteris in eos ec-  
clesiasticam exer-  
cere.

\*\*

XX.DU